

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tempus siue temporale d
cum fonte primo

Nil longum quod finem habet.

Nihil longum est quod finem habet,
et omnis retro temporum series transacta
non prodest, nisi forte bonorum operum
sibi uiaticum praepararet, quae semper
ad futura, immo ad aeterna respiciunt et
nullis terminis coartantur.

Hieronymus Stridonensis,
*Commentariorum in Hiezechielem libri
XIV.*, 3, praef. (CCSL 75, F. Glorie ed.,
p.91, ll.1-4).

*Vlulate, inquit, uae uae diei, quia iuxta
est dies, et appropinquat dies Domini,
dies nobis; tempus (siue finis) gentium
erit; duplex consummatio est: aut
generaliter omnium quando finis mundi
aduenerit, aut specialiter singulorum
quando tempus mortis institerit; ‘iuxta’
autem dicitur quia,*

Eternitati comparatum, omne tempus
breue est.

aeternitati comparatum, omne tempus
breue est

Ieronymus super Ieremiam libro II.

– unde et Iacob centum et triginta annos
quibus uixerat: *Pauci, inquit, et pessimi
sunt dies mei*, et psalmista, de uniuersi
generis humani fragilitate disputans, ait:
Dies nostri quasi umbra pertranseunt,
quod reputantes, nec potentia erigemur
nec diuitiis incubabimus nec felicitate
laetabimur, cito omnia auferenda
noscentes....

Hieronymus Stridonensis,
*Commentariorum in Hiezechielem libri
XIV.*, 9, 30 (CCSL 75, F. Glorie ed.,
p.424, ll.1225-1236).